

ex metallis, quidam cor solis, quidam etiam quod fit ex argento vivo, cum lacte volatiliū dixit esse.

Sermo Vigésimus primus.

PANDOLFUS *inquit*: Bele tantum de lapide despecto dixisti quod nemini fratrum tuorum aliquid dimisisti dicendum. Insuper doceo posteros, hunc lapidem despectum esse aquam permanentem. Et scitote omnes sapientiæ investigatores, quod aqua permanens est aqua mundanæ vitæ, quod scilicet philosophi dixerunt, natura naturâ lætatur, natura naturam continet, ac natura naturam vincit. Hoc autem breve dictum operis principium rationem habentibus philosophi constituerunt. Et scitote, quod nullum corpus est pretiosius, vel purius sole & quod nullum venenum tingens generatur absq; sole, & sua umbra. Qui igitur philosophorum venenum absq; his facere conatur iam errans cecidit in id quo eius tristitia permanet. Qui autem sapientum venenum ex sole & eius Umbra tinxit, ad maximum pervenit arcanum. Et scitote quod nummus noster cum rubeus sit, aurum nuncupatur, qui ergò scit Cambar philosophorum occultum, iam ei notum est arcanum: *Respondit Turba*, benè descripsisti hunc lapidem notificè, non tamen eius narrasti regimen, nec compositionem, revertere ergò describendo. *Inquit*, iubeo capere occultum & honorabile arcanum quod est, magnesia alba, quæ mixta & trita cum uero & cavere ne hoc accipiatis, nisi purum & mundum: demum suo imponite vasi, & orate DEUM hunc maximum videre lapidem vobis concedat. Deindè coquite paulatim, & extrahentes inspiciite si factus sit niger lapis optimè igitur rexistis. Sic autem regite ipsum albo quod est magnum arcanum, donec fiat Kuhul nigredine coopertum quæ scilicet nigredo percitote quod non permanet nisi. 40. diebus. Terite igitur ipsum cum suis confectionibus, quæ sunt hic flos æris, aurum indicum quorum radix est una & ex argento id est & ex croco, id est & ex altato alumine fixo id est **H*** ergò quatuor prædeter coquite 40. diebus vel 42. His enim diebus præmissis DEUS vobis ostendet, huius lapidis principium qui est lapis atitos quæ visum gratia DEI multipliciter relata, fortiter coquite & gumæ residuo imbuite. Et scitote quod quotiens cinerè imbuitis, totiens per vices & desiccatur & humectatur, donec eius color in id quod quæritis vertatur. Itè clementer in-

✱

H. Id est Saturno videtur legendum. Hac ergo quatuor. Vel potest etiam sic legi quæ sunt hic flos æris, aurum Indicū quorum radix est una, & ex unguèto id est & croco & exaltato alumine fixo. i. e. Saturno.

B 2

spiciens